



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

54. An Clericus, qui commisit crimen læsæ Maiestatis, sit puniendus à iudice sæculari? Ex p. 3. tr. 1. res. 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

RESOL. LIII.

An persona Ecclesiastica, qua commiserunt crimen laesae Maiestatis, per Principes seculares & eorum iudices puniri possint? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 20. alias 19.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

§. 1. Affirmatiue videtur respondendum ex Constitutione Regni Neapolis de Personis, qua cauetur, quod si Clericus commiserit aliquod delictum, debet iudicari, & condemnari per suum Episcopum, & non per Iudicem secularem excepto, si commiserit crimen prodicionis contra Regem: & ibi Glossa dicit, si esset crimen laesae Maiestatis. Deinde in multis partibus vi consuetudinis vigentis Clerici rebelles a Iudice seculari puniuntur. Et hanc opinionem docet etiam nouissimè Callistus Ramirez in tract. de lege regia, §. 27. n. 11. qui in Glossa litera D. citat multos alios.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

2. Sed haec sententia non potest sustineri, & contrarium committere docent Theologi, & Iurisperiti, vt Viganius tract. de immunit. Eccl. disp. 2. concl. 2. Bellertus in disquis. cler. p. 1. tit. 3. §. 1. num. 4. vbi pro hac sententia citat tredecim doctores. Idem docet Pelantius tract. de immunit. Eccl. disp. 13. Zanardus in direct. Confess. tom. 3. c. 50. Valenzuela in defensione cens. Pauli V. part. 4. n. 70. & ita nouissimè anno 1600. vt notauit Genuensis in praxi, cap. 72. per rotum, in casu quodam atrocissimae rebellionis cuiusdam Religiosi, qui aliquas terras Regni Neapolitani in manus Turcarum tradere volebat, declarauit Clemens VIII. nam, cum Fiscus allegaret, pro tali delicto quendam Clericum Neapolitanum olim fuisse decapitatum dictum fuit male iudicatum. Et dicta causa fuit a dicto Summo Pontifice commissa Nuncio Neapolitano, dato adiuncto alio Consiliario Clerico; tamen, vt in illo iudicio interueniret, tanquam delegatus a Sede apostolica. Et idè asserit Genuensis; [Hae disputatio in hoc Regno finem accepit, vt cognitio talis criminis pertineat ad Ecclesiasticum, nisi causa delegetur a Summo Pontifice, quae delegatio facta a Clemente VIII. demonstrauit, apud Iudices laicos, circa tale crimen, nullam extare iurisdictionem.] Vnde caute legendus est Ramirez vbi supra.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

3. Ad argumenta in contrarium respondeo, illam Constitutionem nullius fuisse roboris: quia Princeps laicus nullam habet iurisdictionem in Ecclesiasticis; & idè non potest cedere legem, quod Clerici committentes crimen laesae maiestatis iudicentur a Iudice laico. Ad consuetudinem verò allegatam respondeo, esse corruptelam, nec vis vlla praescriptionis; & longae consuetudinis ius dare potest Iudici laico: quia in laicis potestas Ecclesiastica cadere non potest, vt supra probatum est. Ergo, &c. Sed circa praesentem quaestionem vide etiam Cabed. part. 2. de cas. 83.

RESOL. LIV.

An Clericus, qui commisit crimen laesae Maiestatis sit puniendus a iudice seculari absque praua degradatione iudicis Ecclesiastici? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 30.

§. 1. Affirmatiue respondent aliqui Iuriconsulti, vnde Ioann. de Heuia in Curia Philippica p. 3. §. 2. num. 13. sic asserit. [El Clerigo conspirando contra el Rey, o contra el Reyno excitando tumultos, y mouiendo gente armada contra su persona, o estado, puede ser castigado por el Iuez seglar, sin que proceda actual degradacion ni entrego hecho del por el Ecclesiastico, y assi se ha praticado en di-

uerfos Reynos, como los afirma y dize Paris de Puteo, y lo trae Guillermo Benedicto, y dize ser comun proposito.] Ita Heuia.

2. Ego hanc sententiam ex declaratione Clem. VIII. satis impugnaui in tract. 1. part. 1. immunit. Eccl. resol. 19. vbi plures Doctores adduxi, quibus nunc addo Salzedum in pract. crim. Bernard. Diaz c. 119. litera B. Azorium p. 1. lib. 5. c. 13. q. 8. in fine. Duardum infra in Ref. in Bull. Cen. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 31. Maynard de priuileg. Eccl. part. 2. art. 17. num. 6. & Tamburinum de iure Abbatum tom. 1. disp. 25. n. 16.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

3. Sed non grauaor hic apponere quod notat Antonius Bouius in responsione contra N. p. 4. arg. 10. fol. mibi 75. vbi sic ait. [Nel 1520. fu fatta in Spagna vna congiura contro l'Imperatore Carlo V. & la Regina sua madre, nella quale erano molti Ecclesiastici. L'Imperatore & la Regina mandar vno fouori vna Pragmatica in Botmez, la quale referisce il Molina Hisp. Primog. lib. 4. c. 11. que si procedesse contra a i coniuatati, ma le persona Ecclesiastice remisero a suoi Prelati, & al Papa. In Inghilterra referisce il Cardinal Polo lib. 3. de immunitate Ecclesiae, che vncerto Sacerdote solleuo il Regno contro Henrico VII. onde ne segui guerra, & morte di migliaia di persone, & pure se ben castigò gli altri complici, Consigno questo Sacerdote da castigare a suoi Giudici Ecclesiastici. E se qualche Re per offesa Majesta, o sotto tal protesto ha posto mano nei Sacerdoti, & Prelati di santa Chiesa, ha fatto quello che non potea, & non douea, & gliene stato dato da Dio il castigo con infelice morte & estinzione della casa sua.] Ita Bouius

RESOL. LV.

An Clericus propter crimen laesae Maiestatis sit degradandus, & Curia seculari tradendus? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 16.

§. 1. Ad quaestionem propositam affirmatiue respondet Ioannes de Heuia in Curia Philippica p. 3. §. a. n. 23. qui agit de casu nostro in terminis. Vide etiam Romanum consil. 36. Albertinum in c. 1. de heret. lib. 6. q. 11. & 13. & DD. quos ego ipse citavi in tr. 1. p. 1. de immunit. Eccl. resol. 129. afferentes propter grauitatem criminis, etiamsi in iure expressum non sit, Clericum tradendum esse curiae seculari, quamuis non proponatur incorrigibilis.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

2. Sed ibi contrariam sententiam tenui cum multis DD. quibus nunc addo Burbatium lib. 3. consil. 22. Curtium consil. 134. & nouissimè ex neotericis in terminis casus nostri de crimine laesae Maiestatis docet etiam hanc sententiam doctus Barbosa in collect. tom. 4. p. 2. causa 22. q. 5. cap. si quis laicus n. 2. vbi n. 4. & 5. probat supradictum c. si quis laicus, non facere contra nos, neque etiam cap. si quis sacerdotium 11. q. 1. & concludit mordicus clericum pro crimine laesae Maiestatis minime degradandum esse. Et hoc etiam docuerat antea Ignarius de Salzedo in pract. crimin. Bernardi Diaz c. 119. litera C.

RESOL. LVI.

An Ecclesiasticus usurpans iurisdictionem secularem, aut alia Regalia possit a iudice laico bonis temporaliibus priuari? Et late discutitur, quod Clerici in patrimonialibus eiusdem priuilegiis, & exemptionibus gaudent, & contra ea facientes incurvere in censuram Bullae Cane? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 77.

§. 1. Affirm